



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Cur Petrus per Ioannem rogauit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVÆSTIO I.

Cur prædicat?

§. 1. **M**agna futura erat inter Apostolos conturbatio, cum eum quem plurimi faciebant & ipsi, & Iudæi, utpote Oeconomum, & ararii dominici præsidem videt proditorē. Hoc scandalū Dominus anteverit, ut & ipse qui cogitationes sceleris agitabat animo, intelligeret sciri omnia ipsius consilia, & alii prædicta esse recordarentur, ideo, inquit, *prædixi, ut cum facta fuerint sciatis me esse*; nempe ipsum Dei filium. Theophylactus interpretatur, *ὅτι ἀληθὲς εἶπα, quod verum dico*. Et ante dixerat: *ὅτι πάλαι λέγει ἡ γραφὴ ὅτι ὁ ἔργον πελάσειν ἔσται*. De eo loqui scripturam, quem opus perficere videmus. Totum ergo hoc Christo est, & ipsius diuinitatem nobis ostendit. Nam & Iudam elegit, quod Deitatis est, & scripturam impleuit, & quid futurum esset, ante prædixit. Nec malum tamen elegit.

Sed ut idem Theophylactus ait: *ὡς φησὶν πάλαι τὸ ἰσθλα; ἀρὸς καὶ αὐτὸν ἐξελέξατο; ἐξελέξατο μὲν οὖν καλὸν ὄντα, ὡς καὶ τὸν σαούλ, ἀλλὰ μετὰ βλάβην, ἀντεξέσται ὅ ὅ συγχροεῖ ἡ ἐκείνη, καὶ βλάπτει, περὶ τὸν οὐδ' ἀναρῶν τὸ ἀπείριστον, μετὰ βλάβην δὲ τὸν ἰσθλα ἀπὸ σαούλ, εἰ καὶ πάλαι ἐξελέξατο. Quid de Iuda dicemus? nonne & ipsum elegit? Elegit equidem ipsum cum bonus esset (Iudas) ut & Saulem, sed mutatus est. Nam liberi arbitrii fuit. Permittit vero vnicuique, prout vult, agere. Non enim tollit liberum arbitrium mutatum autem Iudam repulit, etsi prius elegerat. Itaque & Iudas ut priore quaestione docui, defecit, nec prædictio Scripturæ aut Christi eum prodere coegit. Quam autem vim habeat vera non ex rerum causis, aut coniectura futurorum prædictio, ut ex ea diuinitas colligatur, alio loco docui. Hic vero se verum esse scripturæ interpretem probat; nempe ea quæ futura sunt, prædicendo, ut sciatis, inquit, *me esse eum*, de quo David prophetauit, id ex eventu colligetis; nam amicus meus me proderet. cum igitur de futuris, quorum est maxime recondita ratio verissime prophetem, etiam veterem scripturam me intelligere, non erit prudenter considerantibus dubium. Messiam autem fuisse Prophetam creditum ex Deut. 18. satis constat, & in Midras Coheleth manifestum est Iudæos ita sensisse.*

VERSUS 20. 21. & C.

*Amen, amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui memisit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, &c.*

QVÆSTIO I.

Cur iterato prædicat vnum proditorem?

§. 1. **P**rimo quidem mæstos solatur, ne se putent Deo minus curæ fore, si humiles, & in mundo sint abiecti, si pedes iniucem lauet; Tanti enim eos esse, ut qui eos receperit, Christum, & Deum patrem recipiat. Optime Chrysofomus. *μεγάλη τῆς πάλαι τὸς δέλεος τὸ ἴδιον ἡραπειρίας ἢ ἀνταπίδοσις, καὶ τὸς καρπὸς ἐπιδοῦν ἡμῖν δωροδωσι. ὁ δεχόμενος ὁ φησιν*

*ἡμῶς, ἐμὲ δέχεται. ὁ δὲ λαμβάνων ἐμὲ, λαμβάνει καὶ πάλαι τὸς με. Magna Dei remuneratio in seruos, & cultores suos, & merces inde nobis comparatur. Qui vos accipit, inquit, me accipit: & qui accipit me, accipit eum, qui misit me.*

§. 2. Protestatus autem est, & turbatus, ut tanti sceleris magnitudinem Iudæ considerandam proponeret, & Apostolis inculcarent, non inscium, neque inuitum ad mortem ire; omnium quæ Iudas, & sacerdores machinarentur omnino gnatum. Quin ipsi Domino horrorem incussit Iudæ facinus Apostolicum ordinem infamantis. Qui vero timorem putabant argumentum esse diuinitatis absentis, eos refutat Athanasius oratione 4. & καὶ φησὶν appellat. de quibus iam sapius actum est.

VERSUS 23. & 24.

*Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit?*

QVÆSTIO I.

Cur Petrus per Ioannem rogauit?

§. 1. **V**erf. 24. Græci codices variant, alii habent: *ἰδοὺ ἰσθλα ἡς ἀνείη, alii: ἰσθλα ἡς ἰσθλα*. Posteriorem lectionem Latinus interpres expressit. Ioannem Petrus interrogat, non tanquam maiorem aut sanctiorem, sed Christo viciniorē, & qui posset facile priuatiū quaerere, cum in eius sinu recumberet, ita monet Chrysofomus.

§. 2. Ioannem dilexit peculiari quodam amicitia humanæ modo, non quod sanctior ille, vel maior Petro vel etiam aliis foret, sed ut ostenderet, inter sanctos etiam humanæ amicitia locum esse; nam consuetudine & amicitia quadam plerunque alii alius conciliati sunt, non sola commendatione virtutis, sed alias etiam ab causis honestas, quamuis interdum, factum aliquid, aut virtus, ut fidelitas, fortitudo, meritum, verecundia caros faciant amicis. Sicut igitur Ioannem amabat, & familiaris utebatur, ut in Ecclesiastico officio legitur ob castitatem, Petrum alioqui magis amabat, & ab eo plus diligebatur, quocirca & oues specialiter illi commendat. Explicuit erudite hanc partem Toletus in comment. in Ioannem.

In sinum recubuisse ait, quod veteri more in lectulis recumberent, non ad mensam sederent. Quæ de Baronius, ann. 1. & multi viri docti scripserunt. Nostri pictores ridiculè ad mensam sedere fingunt, & reclinato corpore in sinu Iesu recumbere. Augustinus per sinum secretorum societatem indicari docet. Alioqui in sinu ferre vti & in oculis ferre, proturbium est, quo amor in aliquem indicatur. Hæc tamen cæteris hæsitantibus *ὑποκρίσεις* dicta non sunt. Iudas vero rupe durior immotus in proposito prodicionis perstat.

§. 3. Quod post buccellam dicitur intrasse in eum Satanas, significatur, magis illa Christi benignitate induratum, & Satana suggestionibus toto eff. etu parauisse. *Ἰσθλα* panis est embammate tingtus. Ofusilam alii vocant, Syrus simpliciter *ἰσθλα* lachme, panem appellat. Confule Augustinum tr. 61.

VERSUS

ADAMI  
112  
+ Evangelium  
CXXI  
14